Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Beatus vir qui timet dominum in mandis eius volet nimis.
Potens in terra erit semen eius generatio rectorum benedicetur.
Gloria et divitiae in domo eius et iustitia eius manet in saeculum saeculi.
Exortum est in tenebris lumen rectis corde misericordia et miserator et iustus.
Iucundus homo miserans et commodans disponet sermones suos in iudicio quia in aeternum non commovebitur.
In memoria aeterna erit iustus ab auditione mala non timebit.
Paratum cor eius sperare in domino confirmatum est cor eius non commovebitur donec despiciat inimicos suos.
Dispersit dedit pauperibus iustitia eius manet in saeculum saeculi cornu eius exaltabitur in gloria.
Peccator videbit et irascetur dentibus suis frendet et tabescet desiderium peccatorum peribit.
Ps. Laudate pueri dominum laudate nomen domini.
Ps. Laudate dominum omnes gentes laudate eum omnes populi.
Ps. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius et veritas domini manet in aeternum.
Ps. Sicut erat in principio et nunc et semper et in saecula saeculorum